



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1666

45. Decem ex Europa sotij Goam appellunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10854

tus in eorum delestationem , suasore deinceps confessionis minimum eguit ; rogabat quin etiam sanctum patrem , ne se abiceret , suorum scelerum offensus grauitate . Applicuerat interim haud procul a Coulano classis , & exscendentem cum suo milite beatum Patr. m. subsecuti sumus aliquot ex eadem naui . (inquit pro testimonio Franciscus Ledijs) scire audi quo amicitia tam præcox , & commercij arcana tam nouum , mysterium tandem desinere . Videmus autem , ambos se in syluam abdere . P. M. Franciscum ad truncum arboris confidere ; militem ad illius pedes genua flectere , singultantem crebro , & ea copia lacrimarum , vix ut posset vocem in verba formare : peracta ex homologesi ; poenæ loco nihil imperauit , nisi Pater & Aue semel recitandum . Qua is nimium prodiga indulgentia hæsitans , causam eius non diu ignorauit ; concedens vir Dei in interiore syluam , & velte detracta , lauaque effigiem crucifixi tenens , coepit crudum in modum catena ferrea in se ipse lacerare , & sanguinis rios ex humeris ducere . Miles vel strepitum plagarum , vel suspicionem aliunde iniectam secutus , vt hoc vidit , & ex iis quas sanctus dixerat pro se fieri intellexit , ad eum accurrit flens , & voilferans , mihi Pater , non tibi qui Sanctus es , mihi reo , & misero debetur haec poena , & rapto ex eius manibus flagello , cam in se acriter conuertit , militibus pie illacrimantibus qui ex occulto vtrumque explorabant . Atque hic demum penitentem complexus , & salutans , redire se Goam significat , quod ea tantum eius causa venisset , vt reconciliaret ipsum Deo : monitis illum solidis reficet , quibus in suscepso boni proposito constanter duraret , deumque vereri contendet , qui licet interdum , haud tamen semper sequitur fugientes ; nec frustra fuit haec adhortatio , perfundetus miles infesta illa Adeni impugnatione , religiosam familiam init vbi magna laude virtutis , & asperitatis diem clausit extreum .

45

Decem ex Europa socij Goam appellunt.

Edenti hos fructus in Oriente Xauero , alij ab Occasu nascebantur , quorum suis ardenteribus in Italiam & Lusitaniam literis semina miserat , dum Patres vocaret ad ethnicam illam Indiae vastitatem suis sudoribus & sanguine rigandam haud quidem pluribus quam decem concedi potuit fors felix , sed quorum singuli multorum vicem eximiè implerunt . Naui S. Petri prætoria quinque vehebantur Gaspar Berzeus , Melchior Gonzalez , Baltassar Gagus , Acgidius Barretus , Ioannes Fernandius . Galega vero (quod nauis alterius nomen fuit) pari numero alias ferebat Antonium Gomezium , Paulum Valleni , Franciscum Gonzalez , Manuelem Vazium , & Ludouicum Froesium . Illis præcerat Gonzales ; ipsis Gomezius . Cunctis Apostolica virtute Berzeus eminebat , cui post Xauerium , parem vix habuit India . Vlyssipone Martij 17. anno 1548 . cum se Mari dedissent , post immanissimas tempestates , Septembbris tertio primum Prætoria , tum Octobris nono Goam applicuit Galega , inexplicabiliter omnium , Xauerij maxime & Berzeiad primos conspectus , & salutationes voluptate .

46

Eorum exemplo multi societatem pertinuerunt.

46. Nam de rebus Berzei Sanctus pater iam ante acceperat , & tunc partem